



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Cooperatio cum iniquè pugnantibus, vel aliorum bona diripientibus, n. 41.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

Si certo cognoscas (nam si abest certi-
tudo moralis, semper erit bonus præ-
sumendus) non peccas & petendo, ut
is conficiat Sacramentum, v. g. ut te
absolvat, quando alius bonus praefato
non est, quia tunc necessitas, seu spiri-
tualis utilitas te excusat à peccato, quod
Sacerdos ille posset, media saltem con-
tritione, vitare. Sacerdos, inquam,
sive Parochus sit tuus, sive nequa-
quam; eadem enim mihi videtur u-
triusque ratio. An liceat ab ejusmodi
Sacerdote sacramenta petere, quando
funt alij probi, à quibus petere pos-
sum; an, inquam, liceat, solum ex eo
capite, quod is est paratus, dicam mox
num: 65.

i. A7or. p. 2. l. 12. c. 17. q. 7.

40. Si Sacerdos esset excommunicatus, distinguendum diligenter est; si
enim est vitandus, hoc est, publicus
percussor Clerici, vel nominatum de-
nuntiatuſ, illicite à te exposceretur,
ut is sacramenta conficeret, quia tunc
communicares in divinis cum excom-
municato vitando, immo uoad con-
fessionem, invalidè eam ab illo susci-
peres; siquidem ab vitando Ecclesia
vel tollit, vel suspendit omniem juris-
dictionem. At vero si est non-vitan-
dus, hoc est, si habet quamecumque ex-
communicationem, modo non sit vel &c. quia nisi Christiani captivi hac
publicus percussor, vel nominatum faciant, incurruunt periculum vite;
denuntiatuſ, potest à te & licet, & va-
lidè rogari, ut conficiat quia Concili-
um Constantiense id, in gratiam fi-
ant, si contra eosdem immediate pū-
delium, concessit. Vnde tunc ejus-
modi excommunicatus, modo non burantur naves, & Christiani in ea
se ipse ingerat, sed ad fidelium peti-
centes, si eundem ignem appli-
cationem, sacramenta ministret, & li-
cent bombardis, ex quibus Christia-
nisi quantum est ex capite excom-
municationis, & validè operatur.

I. Saar. de cens. d. 14. C. 16. m. Sanc.
l. 7. de Mat. d. 9. nu. 8. Petr. Hurtad. 2.
2. d. 173. sec. 18. q. 249. contra Sudari-
um d. 16. cit. sec. 7.

Dico (quantum est ex capite ex-
communicationis) nam si per ipsum
stet, quod non obtineat absolutionem,
esset in peccato mortali, & tunc recur-
reret doctrina numeri præcedentis;
jam enim tunc peteres sacramenta ab
existente in mortali.

Cooperatio cum inique pugnantibus, vel
aliorum bona diripientibus.

41. Urgentiorē cauſam ad excu-
ſandum requiri, quando opus est ma-
gis vicinum peccato abutentis, &
quando est contra iustitiam, statutum
supra. Cum autem urgenter
hanc cauſam esse metum mortis, vel
similis valde gravis detimenti, pateat
ex dictis, consequenter fit, ut excusen-
tur n. Christiani remigantes in tri-
mibus Turcarum contra similes Chri-
stianos ipugnantium, & præterea ij,
qui arma porrigit à Turcis petita ad
eosdem Christianos interimendos; a-
sportantes item sarcinas ad bellum in-
justum necessarias, admoveentes scalas
publicus percussor, vel nominatum faciant, incurruunt periculum vite;
at non excusantur, etiam metu mor-
tali rogari, ut conficiat quia Concili-
um Constantiense id, in gratiam fi-
ant, si contra eosdem immeſate pū-
delium, concessit. Vnde tunc ejus-
modi excommunicatus, si applicent ignem, quo com-
bustionem, sacramenta ministret, & li-
cent bombardis, ex quibus Christia-
nisi non terrendi solum essent (nam
pro)



pro hoc sine dubio excusarentur) sed in mali tum mutuatarij, tum usurarij. etiam occidendi, quia haec sunt intrinsecè mala; excusantur tanten, si infestant damnum Christianis in rebus externis, eas capiendo, vel destruendo, quia tunc sunt in extrema necessitate alorum bonorum ad vitam tuendam: nam propterea eodem mortis metu excusatur is, o qui admovet scalas, vel humeris sustentat latronem, qui vult furari, imo & qui eundem furem adjuvat ad furandum: quilibet enim ad haec jus habet in extrema necessitate. Et universaliter loquendo, præter extremam necessitatem, illa causa te excusabit, si concuras ad actiones indifferentes, quibus alter abutitur ad furandum, vel damnum in bonis inferendum, quæ judicio prudentis judicetur proportionata ad quantitatem furti, vel damni, ut ex dictis colligi potest.

n Leff. Sanch. aliquique, Castrop. to. 2. tr. d. 6. p. 12. n. 10. o Castr. l. c. n. 12. cteans Molinam.

De cooperatione cum pejeraturo non junaturo, maleficio maleficium dissoluturo.

42. De primo ex his egili. 3. c. 1. §. 6. de secundo, præter modo n. 53. dicta, & n. 40. dicenda, habuisti multa li. 4. c. 5. §. 6. de tertio dictum est satis li. 2. cum de maleficio.

Cooperatio cum usurario.

Tres classes personarum hic se offerunt. Ipse mutuarius, id est, ille, qui recipit ab usurario pecuniam mutuam, sub onere solvendi usuras; fa-

muli tum mutuatarij, tum usurarij. Cæteri alij non famuli, inter quos Notarius, Testes, Princeps.

Mutuarius.

43. Quoad mutuarium, tria quæri possunt; primum, an ipsi liceat solvere usuras ob mutuum jam acceptum? Respondeo, licere, p quia haec non est occasio peccandi, quæ detur usurario, cum ipse facile posset illas non recipere: sibi ergo imputet, si recipiat: nam mutuarius excusatur solvendo, quod promisit, ne habeatur infidelis, & ne claudat sibi ostium ad habendum iterum mutuum.

p Sanc. l. 3. in dec. c. 3. n. 20. & de Lugo. 12. de just. d. 25. sec. 11. q. 1.

44. Secundum, an absolutè petere licet ab usurario pecuniam mutuam? Respondeo, licere, q si eo mutuo quis indigeat; tunc enim, qui sic petit, nec consultit, nec intendit eam usurarij injustitiam, quod certe esset iniquum, sed intendit utilitatem propriam, supposita malitia usurariorum, quam solum permittit, non vult. At si mutuo non indigeat, sed eam pecuniā procuret, ut illicitè expendat, etiam licere, probabile esse dicemus paucum post, r ex eo capite, quod petat ab usurario parato.

q Idem ib. & communiter Castr. Pont. Suar. alijq. allati à Dia. p. 5. tr. 7. de scandalo ref. 8. r Infra à n. 65.

45. Tertiū, an petere licet mutuum ab usurario, sic addendo. Da mihi mutuum; nam tibi solvam tot usuras. Respondeo, adhuc licere, s quando scitur usurarius non mutuatus sine usuriis

